

Mortificatus quidem carne, vivificatus autem Spiritu.

Léctio Epístolæ primæ beāti Petri apóstoli

3, 15-18

Caríssimi:

- ¹⁵ **D**óminum Christum sanctificáte in córdibus vestris,
paráti semper ad defensionem
omni poscénti vos ratióne
de ea, quæ in vobis est spe;
- ¹⁶ sed cum mansuetúdi-
ne et timóre,
consciéntiam habéntes bonam,
ut in quo de vobis detrectátur,
confundántur, qui calumniántur
vestram bonam in Christo conversatióne.
- ¹⁷ Mélius est enim benefacié-
ntes,
si velit volúntas Dei,
pati quam malefacié-
ntes.
- ¹⁸ Quia et Christus semel pro peccá-
tis passus est,
iustus pro iniústis,
ut vos addúceret ad Deum,
mortificátus quidem carne,
vivificátus autem Spíritu.

Verbum Dómini.